



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri**

**Erasmus, Desiderius**

**Coloniæ, 1526**

**VD16 E 3030**

66 Nullo loco posse euinci p[er]spicuitate[m] scriptur[a]e, adducto a Lut.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34433**



die stat & cras in clibanū mittit, Deus sic uestit, quā  
to magis nos? Sed pgamus & scripturis obruam<sup>9</sup>  
pestilens illud sophistarū uerbum.

65 ¶ Psalmus, 118. dicit. Præceptū dñi lucidum  
seu par illuminās oculos. Credo, id qđ oculos illu  
minat, nō esse obscurū ul' ambiguum. Itē, Psal. 118.  
Ostiū uerborū tuorū illuminat & intellectū dat par  
uulis. Hic uerbis Dei tribuit, ut sint ostiū & apertū  
qđdam, qđ oibz expositū sit, & etiā paruulos illu  
minet. Eliaas 2. ad legē & testimonium mittit oēs  
quæstiones, & nisi hoc fecerimus, minā nobis, ne  
gandā esse lucē auroræ. In Zacharia cap. 2. mādat,  
ut ex ore sacerdotis legem requirant, ut q sit ange  
lus dñi exercituum, pulcherrimus scilicet angelus,  
ul' legatus dñi, qui ea afferat, quæ tum ipsi sint am  
bigua, tum pplo obscura, ut nesciat, tam ipse quid  
loquat, & illi quid audiant. Et quid in uniuerso ue  
teri testamento, maxime uno illo Psalmo. 118. dicit  
in laude scripturæ frequētius q ipsam esse lucē cer  
tissimam & euidentissimam: sic em̄ celebrat ille cla  
ritatē eius. Lucerna pedibus meis uerbum tuum,  
& lumē semitis meis. Nō ait. Lucerna pedibus me  
is solum spūs tuus, licet & huic tribuat suū officiū,  
dicēs, spiritus tuus bonus deducet me in terra res  
cta. Ita & uia & semita dicit, nimirū a nimia certitu  
dine. Veniamus ad nouum testamētum. Paulus di  
cit Ro. 1. Euāgeliū esse p Prophetas in scripturis san  
ctis pmissum. Et ca. 3. Iustitiā fidei testificatā a lege  
& prophetis. Qualis autē testificatio, si obscura est?  
Quin cum per omēs epistolas, Euāgelion uerbū lu  
cis, Euāgelion claritatis fecit, tū expfesso ac magna  
copia facit, 2. Co. 3. & 4. ubi de claritate tā Moī q  
Chri



Christi gloriose disputat. Petrus quoque ait. 2. Pet. ij.  
tertium ualde habemus sermonem propheticum, cui atten-  
dentes sicut lampadi lucenti in loco caliginoso, be-  
nefacitis. Hic Petrus uerbum Dei lucidam lucernam  
facit, omnia alia tenebras. Et nos obscuritatem & tene-  
bras ex uerbo faciunt. Christus sese lucem mundi co-  
rities uocat, Iohannem Baptistam lucernam lucentem & ardē-  
tem, absque dubio non propter uitae sanctitatem, sed propter  
uerbum, quem ad modum Theophilus. Paulus. Luminaria mun-  
di uocat lucida, quia (inquit) uerbum uitae tenetis. Vira-  
em sine uerbo incerta est & obscura.

67 ¶ Et quod faciunt Apostoli, dum suas predicationes  
per scripturas probant, an ut nobis tenebras suas ma-  
ioribus tenebris obscurerent. Vel ut notius per ignotius  
probent. Quid facit Christus. Iohann. 5. ubi Iudeos do-  
cet, ut scripturas scrutentur, sui scilicet testes, an ut  
ambiguos reddat de fide sui. Quid faciunt illi Actus.  
17. qui audito Paulo, die ac nocte scripturas leges-  
bant, ut uiderent, an sic haberent. Nonne ista omnia pro-  
bant, Apostolos sicut & Christum, ad scripturas pro-  
uocare, tanquam ad testes clarissimas suorum sermonum.  
Qua fronte ergo noseas obscuras facimus. Obse-  
ro sunt ne illa uerba scripturae obscura uel ambig-  
ua. Deus creauit coelum & terram. Verbum caro factum  
est, & omnia quae per articulis fidei totus accepit mundus.  
Vnde accepit. nonne ex scripturis. Et quod faciunt, qui  
adhuc hodie praedicant. Scripturas interpretantur ac  
declariant. At si obscura est scriptura quam declara-  
nt, quis nos certos facit, ipsam eorum declarationem esse  
certam. Alia noua declaratio. Quis & illam declarabit.  
Ita fiet progressus in infinitum. Summa, si scriptura obscu-  
ra uel ambigua est, quid illa opus fuit nobis diuinis